

De Calliditate Cleopatrae

Olim per somnum Caesari imago quattuor verba dicens apparuit:

„Si vincere vis, arma!“ Item imperator feminam pulchram sibi adhuc ignotam eadem verba audientem animadvertisit. Tum imago locuta evanuit. Cuius verba autem Caesar in pectore condidit.

Multis annis post Caesar ad auxilium imploratus, ne in Aegypto tumultus fieret, sed nesciens, quid fieret, etiamnunc verborum per somnum auditorum memor „milites omnibus“, inquit, „armis instructi in urbem invadant, homines visi magno cum clamore accipientur, verbera eis persuadeant, ut ii mentes convertant, manus dent, arma dimittant.“

Consiliis imperatoris cognitis Cleopatra, regina summa prudentia pulchritudineque, prima facie insipiente agens „milites omnibus“, inquit, „armis instructi in urbem invitentur, homines visi magno cum amore accipientur, verba eis persuadeant, ut ii mentes convertant, manus dent, arma dimittant.“

Consiliis Cleopatrae prospere processis imperator ipse ad eam adiit et, cum eam feminam per somnum visam cognovisset, mirans ex ea quaequivicit:

„Nonne per somnum eadem verba audivisti?“

Cleopatra: „Homines amore, blanditia, calliditate facile falli, viros viribus pulchritudinis prudentiaeque vinci, imperatores invidia incitari et superbia sua superari constat.

Nam ut speculum solum reddit, quae contra sunt, ita homines solum sentiunt, quae cognoscunt cupiuntque.

Verba non solum audienda, sed etiam recte accipienda sunt. Sonus similis, contraria sententia, ego quidem interpretata sum: Si vincere vis, ama!“

Eodem modo etiam verba bis efficacia ambiguaque sedi regiae inscripta non solum legenda, sed etiam intellegenda sunt: SEDES TENET ROMA.